

Instrumentum exsecutionis decreti

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Instrumentum exsecutionis decreti

1409 marzo 12

† In nomine domini nostri Iesu Cristi, amen. Anno incarnationis ipsius millesimo quatragesimo nono, regnante illustri et serenissimo domino nostro Ladislao, Dei gratia Hungarie, Ierusalem, Sicilie, Dalmatie, Crohatie, Rame, Servie, Galicie, Ludomerie Bulgarieque rege ac Pedimontis comite, regnorum vero eius anno vicesimo secundo, feliciter, amen, die quartodecimo mensis marcii, secunde indictionis, in territorio reginali civitatis Potencie, in loco ubi dicitur le Dragonare vulgariter, que site et posite sunt in aspectu et visu apparibili dicte civitatis,

1

2

Et ibidem in presencia Nicolai de Oppido, habitatoris dicte civitatis, annalis et idiote iudicis civitatis eiusdem, mei Antonii Mordente de Laurino, habitatoris et accole dicte civitatis, puplici ubique per provincias Terre Laboris et comitatus Molisii, Principatus citra et ultra Serras Montorii ac Basilicate, reginali auctoritate notarii et testium infrascriptorum clericorum, diaconorum, subdiaconorum, licteratorum et inlicteratorum, ac personarum ydonearum in numero copioso et secularium diversorum civitatis eiusdem, fatemur, notumfacimus et testamur quod nobis qui supra iudice, notario et testibus subscriptis ad preces et instanciam nobis humiliter factas pro parte ecclesie Sancti Michaelis de dicta civitate per venerabiles viros dopnum Nicolaum de Martino et dopnum Nicolaum de Sturno, clericos utique dicte ecclesie procuratores et piosros, ut

Così A.

Così A.

dixerunt, electos comuniter et creatos, nobis qui supra iudice, notario et testibus infrascriptis personaliter accersitis ad locum et territorium supradictum, ubi invenimus Nicolaum de Laurenciana, familiarem et nuncium deputatum ac commissarium transmissum ibidem per virum egregium Antonellum Puldericum de Neapoli locumtenentem viri egregii Petrilli Pulderici, reginalis iusticiarii terrarum reginalium Basilicate, ad infrascripta omnia que inferius denotantur. Qui quidem Nicolaus de Laurenciana commissarius et nuncius deputatus ad predicta infrascripta exequenda per dictum Antonellum locumtenentem, qui supra et eius curiam, in dicto prenominato loco delle Dragonare superius predistinto, in nostri presencia et testium predictorum pro parte dicti Antonelli locumtenentis, qui supra et eius curie memorate, ostendit et ibidem puplice legi fecit quodam decretum ipsius curie in carta papirea scriptum, sigillatum quidem sigillo dicti locumtenentis ac iudicis et actorum notarii per reginalem curiam cum eo deputatorum, omni vicio et suspicione carens, nec in aliqua sui parte viciatum, nec abolitum, unde facti substantia valeret super causa huiusmodi quomodolibet deperiri, tenoris et continencie subsequents:.... Cuius quidem auctoritate dicti decreti, intellecto prius diligenter ipsius continentia et tenore, prefatus Nicolaus de Laurenciana familiaris dicte curie et nuncius ad infrascripta omnia exequenda per eum pro parte dicte curie exinde deputatus in prefato predistinto superius loco appellato delle Dragonare personaliter constitutus, una cum predictis iudice, notario et testibus supradictis et infrascriptis et volens ac curans cum omni diligentia qua convenit in premissis et adhibita curosa sollicitudine hobediente que sibi per dictam curiam ad

premissa exinde mandabantur debite executioni mandare et ducere ad effectum, prout in decreto ipso ipsius curie sibi commissio exinde continetur ac in illo continet et declaret et vigore ac auctoritate decreti predicti eosdem dopnum Nicolaum de Martino et dopnum Nicolaum de Sturno, clericos et procuratores dicte ecclesie Sancti Michaelis constitutos et ordinatos ad premissa omnia infrascripta ac nomine et pro parte dicte ecclesie Sancti Michaelis, non deviando nec errando in aliquo a tenore dicti decreti sibi commissi in possessionem corporalem et vacuum ac veram captionem, apprehensionem et tenutam predictarum terrarum et possessionum, unde dicte fontes et paludes seu dicte aque decursus defluunt et decurrant, sitarum et positarum in prenominato predistinto loco delle Dragonare, cum predictis predistinctis finibus, limitibus, circuitibus atque signis et lapidum originaliter constitutis pariter et affissis in illis, ut in decreto ipso clarius continetur, coram nobis presentibus et videntibus posuit et induxit, nec non et dictarum fontium aque vel aquarum pariter et paludis, iuxta dicti decreti continenciam, seriem et tenorem recipiendo, idem Nicolaus de Laurenciana familiaris et nuncius dicte curie qui super aquam decursus fontium predictarum atque paludis que in predictis terris ipsius ecclesie Sancti Michaelis defluit et oritur cum palmis et manibus suis adiunctis et dictam aquam ad manus et inter manus et latias dictorum dopni Nicolai de Martino et dopni Nicolai de Sturno, procuratorum ipsorum nomine dicte ecclesie Sancti Michaelis recipientium et tenentium aquam ipsam cum pulvere glebis seu luti ipsarum terrarum et possessionum dicti territorii a quo fontes ipsi et decursus dictarum aquarum vel aque defluunt et decurrunt in nostro

testimonio puplico ac presentialiter coram nobis in signum vere et realis possessionis eisdem procuratoribus nomine dicte ecclesie tradite et assignate exinde exhibendo ac designando eisdem procuratoribus nomine ecclesie supradicte omne, tam silicet de limitibus et terris predictis continentibus fontes ipsos aquarum decursus ipsarum pariter et paludes, quam quecumque alia que in ipso decreto particulariter continetur et prout in ipso continet et declarat, ad cautelam omni futuro tempore et eternam certitudinem dicte ecclesie et successorum in ipsa ecclesia archipresbiterorum, procuratorum, presbiterorum et clericorum omnium aliorum presentium et futurorum quorum interest et interesse poterit in eternum pro validitate et robore iuraverunt dicte ecclesie cuius nulla detempta et occupata possessio per homines sceleratos indebite ubi nos iusticiam per presides ministrare non proscribitur tempore aliquali et cetera. Et insuper prefatus Nicolaus de Laurenciana nuncius et familiaris dicte curie qui supra ad infrascripta, ut predictur, constitutus eosdem procuratores, quo supra nomine, dicte ecclesie Sancti Michaelis pro expensis factis per eos in causa questionis ipsius, contra dictum notarium Nicolaum in prosecutionem questionis ipsius silicet pro uncia una et tarenis quindecim de carlenis usualis pecunie Regni ponderis generalis, quam et quos procuratores ipsi, nomine dicte ecclesie, subierunt in litigando et questionando cum notario Nicolao predicto convento, tam tempore silicet questionis incepte in causa questionis predictae quam etiam tempore in dicta causa appellationis secuta per eos, electis primo per eundem Nicolaum commissarium et nuncium dicte curie nomine et pro parte dicte curie, iuxta tenorem dicti decreti tribus ydoneis et probis viris, silicet Nicolao

Bocio, Iohanne Porcario et Antonio filio Benedicti de Arvena de dicta civitate Potencie, in exacione et solucione dictarum declaratarum expensarum dictorum silicet uncie unius et tarenorum quindecim predictorum et de ordinatione ipsius Nicolai et mandato facto eis ad certam penam coram nobis nomine et pro parte dicte curie et in presencia Nicolai commissarii supradicti volentis, mandantis et acceptantis predicti probi viri assignaverunt predictis procuratoribus presentibus, ibidem recipientibus, nomine ecclesie supradicte, pro restauratione dictarum expensarum factarum, ut supra, que est et erat dicti notarii Nicolai conventi terram unam sitam et positam in loco predicto, estimatam prius per eos in precio et valore dictarum expensarum, que quidem terra fuit de li Amerusi empta per condam Girardum Cortisium, patrem dicti notarii Nicolai, cum certis iuntis seu ulivis intus eam et boffis de gurreis et cum certis salicibus in capite, iuxta terras condam Andreucii, mediante limite, iuxta terras dicte ecclesie Sancti Michaelis, mediante cursu aque, iuxta terram et a parte subteriori vel inferiori iuxta terras condam Comini de Balba et domini episcopi Potentini et similiter a pede et predicta parte inferiori iuxta quendam monticellum cum mirricis et genestris sistentibus in eodem, qui confinatur cum dictis terris domini episcopi similiter et cum terris dicti condam Comini de Balba et cum aliis confinibus aiacentibus monticello predicto et ut supra distinguitur predictis procuratoribus tradiderunt pro predictis expensis rehabendis et resarciendis per ipsum notarium Nicolaum ecclesie supradicte vel dictis procuratoribus pro eadem ad habendum, tenendum, utfruendum et legitime possidendum terram ipsam per dictos procuratores presentes et futuros dicte ecclesie,

nomine «ipsius ecclesie, tamquam dominam et patronam si infra predistintum anni circulum» dictus notarius Nicolaus seu alter «sui parte non dabit» eisdem procuratoribus dicte ecclesie seu ipsi ecclesie prefatam unciam unam et tarenos quindecim in pecunia pro causis et expensis predictis exinde consecutis in prosecutione litis et questionis predictae prout in decreto ipso ac in instrumento sententie inde facto per prenominationem iudicem Nardum de Nola, reginalem iudicem nullitatum quod est et esse debet penes procuratores dicte ecclesie seu ecclesiam supradictam hec et alia clarius et serius annotantur. Et quia dicti procuratores, qui supra nomine et pro parte dicte ecclesie Sancti Michaelis, eorum interesse dicebant de predictis omnibus et singulis factis, gestis et executis per dictum Nicolaum de Laurenciana nuncium dicte curie ac qualiter eos pro parte dicte curie et nomined ecclesie supradicte in possessionem dictarum terrarum seu terre cum dictis fontibus, palude et aquarum decursibus imposuit et induxit ad verum dominium et proprietatem ecclesie supradicte, prout in decreto ipso sibi facto pro parte curie supradicte exinde continetur ac traditione et assignacione dicte terre ipsius notarii Nicolai conventi eis facte nomine similiter ipsius ecclesie memorate pro expensis factis de mandato Nicolai familiaris predicti per prenominationes superius probos viros ut supra distinguitur ac omnibus aliis dependentibus ex eisdem ac qualiter predicta omnia et singula supradicta dicta, acta, gesta et facta sunt coram nobis per Nicolaum familiarem et nuncium supradictum pro parte curie reginalis locumtenentis iusticiarii supradicti debere habere pro futura rei memoria et cautela ipsius ecclesie cum inserta forma dicti commissi decreti

puplicum instrumentum pro lumine contractus rei dicte ecclesie sic secute debitis sollempnitatibus convallatum et oportunis clausulis stipulatum, cum facto mere substantie veritatis, nos prefatos iudicem, notarium et testes infrascriptos ex reginali parte requisiverunt actente nostrum super hoc officium puplicum implorando quod nemini de iure sine pena possumus rationabiliter denegare. Et similiter ad postulacionem dicti Nicolai familiaris dicte curie et commissarii requirentis ea quod videbatur eos iustum petere quod de predictis omnibus deberemus puplicum conficere instrumentum eisdem procuratoribus presentibus et futuris et dicte ecclesie Sancti Michaelis omni futuro tempore valiturum, quinimo videntes procuratores ipsos nec pro parte ecclesie supradicte iusta petere et petentibus iusta non est denegandus assensus cum indigne videretur negare quod aliis est indultum maxime quia in hac parte causa ecclesiastica tangebatur ad instanciam prenominatorum procuratorum, nomine cuius supra, et postulacionem dicti Nicolai familiaris et commissarii supradicti agentis executionem sibi commissam per dictam curiam contra dictum notarium Nicolaum pro ecclesia memorata predistinto die quartodecimo mensis martii supradicti, ut ipse dicto die eidem curie retulit predicta causa ibi commissa debite executioni mandasse in predistinto loco delle Dragonare pro ipsa ecclesia et ipsorum prenominatorum pro curia vel aliorum exinde futurorum infinita et perpetua certitudine et cautela, factum est de presenti omnibus et singulis exinde presens puplicum instrumentum per me predictum notarium deputatum signo et subscriptione mei qui supra iudicis et subscriptorum testium subscriptionibus et subsignationibus roboratum.

et ibidem in presencia Nicolai de Oppido, habitatoris dicte civitatis, annalis et idiote iudicis civitatis eiusdem, mei Antonii Mordente de Laurino, habitatoris et accoleb dicte civitatis, puplici ubique per provincias Terre Laboris et comitatus Molisii, Principatus citra et ultra Serras Montorii ac Basilicate, reginali auctoritate notarii et testium infrascriptorum clericorum, diaconorum, subdiaconorum, licteratorum et inlicteratorum, ac personarum ydonearum in numero copioso et secularium diversorum civitatis eiusdem, fatemur, notumfacimus et testamur quod nobis qui supra iudice, notario et testibus subscriptis ad preces et instanciam nobis humiliter factas pro parte ecclesie Sancti Michaelis de dicta civitate per venerabiles viros dopnum Nicolaum de Martino et dopnum Nicolaum de Sturno, clericos utique dicte ecclesie procuratores et piosros, ut dixerunt, electos comuniter et creatos, nobis qui supra iudice, notario et testibus infrascriptis personaliter accersitis ad locum et territorium supradictum, ubi invenimus Nicolaum de Laurenciana, familiarem et nuncium deputatum ac commissarium transmissum ibidem per virum egregium Antonellum Puldericum de Neapoli locumtenentem viri egregii Petrilli Pulderici, reginalis iusticiarii terrarum reginalium Basilicate, ad infrascripta omnia que inferius denotantur. Qui quidem Nicolaus de Laurenciana commissarius et nuncius deputatus ad predicta infrascripta exequenda per dictum Antonellum locumtenentem, qui supra et eius curiam, in dicto prenominato loco delle Dragonare superius predistinto, in nostri presencia et testium predictorum pro parte dicti Antonelli locumtenentis, qui supra et eius curie memorate, ostendit et ibidem puplice legi fecit quodam decretum ipsius curie in

carta papirea scriptum, sigillatumc quidem sigillo dicti locumtenentis ac iudicis et actorum notarii per reginalem curiam cum eo deputatorum, omni vicio et suspicione carens, nec in aliqua sui parte viciatum, nec abolitum, unde facti substantia valeret super causa huiusmodi quomodolibet deperiri, tenoris et continencie subsequentis:.... Cuius quidem auctoritate dicti decreti, intellecto prius diligenter ipsius continentia et tenore, prefatus Nicolaus de Laurenciana familiaris dicte curie et nuncius ad infrascripta omnia exequenda per eum pro parte dicte curie exinde deputatus in prefato predistinto superius loco appellato delle Dragonare personaliter constitutus, una cum predictis iudice, notario et testibus supradictis et infrascriptis et volens ac curans cum omni diligentia qua convenit in premissis et adhibita curosa sollicitudine hobediente que sibi per dictam curiam ad premissa exinde mandabantur debite executioni mandare et ducere ad effectum, prout in decreto ipso ipsius curie sibi commissio exinde continetur ac in illo continet et declaret et vigore ac auctoritate decreti predicti eosdem dopnum Nicolaum de Martino et dopnum Nicolaum de Sturno, clericos et procuratores dicte ecclesie Sancti Michaelis constitutos et ordinatos ad premissa omnia infrascripta ac nomine et pro parte dicte ecclesie Sancti Michaelis, non deviendo nec errando in aliquo a tenore dicti decreti sibi commissi in possessionem corporalem et vacuum ac veram captionem, apprehentionem et tenutam predictarum terrarum et possessionum, unde dicte fontes et paludes seu dicte aque decursus defluunt et decurrant, sitarum et positarum in prenominato predistinto loco delle Dragonare, cum predictis predistinctis finibus, limitibus, circuitibus atque signis et lapidum originaliter constitutis

pariter et affissis in illis, ut in decreto ipso clarius continetur, coram nobis presentibus et videntibus posuit et induxit, nec non et dictarum fontium aque vel aquarum pariter et paludis, iuxta dicti decreti continenciam, seriem et tenorem recipiendo, idem Nicolaus de Laurenciana familiaris et nuncius dicte curie qui super aquam decursus fontium predictarum atque paludis que in predictis terris ipsius ecclesie Sancti Michaelis defluit et oritur cum palmis et manibus suis adiunctis et dictam aquam ad manus et inter manus et latias dictorum dopni Nicolai de Martino et dopni Nicolai de Sturno, procuratorum ipsorum nomine dicte ecclesie Sancti Michaelis recipientium et tenentium aquam ipsam cum pulvere glebis seu luti ipsarum terrarum et possessionum dicti territorii a quo fontes ipsi et decursus dictarum aquarum vel aque defluunt et decurrunt in nostro testimonio puplico ac presentialiter coram nobis in signum vere et realis possessionis eisdem procuratoribus nomine dicte ecclesie tradite et assignate exinde exhibendo ac designando eisdem procuratoribus nomine ecclesie supradicte omne, tam silicet de limitibus et terris predictis continentibus fontes ipsos aquarum decursus ipsarum pariter et paludes, quam quecumque alia que in ipso decreto particulariter continetur et prout in ipso continet et declarat, ad cautelam omni futuro tempore et eternam certitudinem dicte ecclesie et successorum in ipsa ecclesia archipresbiterorum, procuratorum, presbiterorum et clericorum omnium aliorum presentium et futurorum quorum interest et interesse poterit in eternum pro validitate et robore iuraverunt dicte ecclesie cuius nulla detempta et occupata possessio per homines sceleratos indebite ubi nos iusticiam per presides ministrare non proscribitur tempore aliquali et cetera.

Et insuper prefatus Nicolaus de Laurenciana nuncius et familiaris dicte curie qui supra ad infrascripta, ut predicatur, constitutus eosdem procuratores, quo supra nomine, dicte ecclesie Sancti Michaelis pro expensis factis per eos in causa questionis ipsius, contra dictum notarium Nicolaum in prosecutionem questionis ipsius silicet pro uncia una et tarenis quindecim de carlenis usualis pecunie Regni ponderis generalis, quam et quos procuratores ipsi, nomine dicte ecclesie, subierunt in litigando et questionando cum notario Nicolao predicto convento, tam tempore silicet questionis incepte in causa questionis predictae quam etiam tempore in dicta causa appellationis secuta per eos, electis primo per eundem Nicolaum commissarium et nuncium dicte curie nomine et pro parte dicte curie, iuxta tenorem dicti decreti tribus ydoneis et probis viris, silicet Nicolao Bocio, Iohanne Porcario et Antonio filio Benedicti de Arvena de dicta civitate Potencie, in exactione et solutione dictarum declaratarum expensarum dictorum silicet uncie unius et tarenorum quindecim predictorum et de ordinatione ipsius Nicolai et mandato facto eis ad certam penam coram nobis nomine et pro parte dicte curie et in presencia Nicolai commissarii supradicti volentis, mandantis et acceptantis predicti probi viri assignaverunt predictis procuratoribus presentibus, ibidem recipientibus, nomine ecclesie supradicte, pro restauratione dictarum expensarum factarum, ut supra, que est et erat dicti notarii Nicolao conventi terram unam sitam et positam in loco predicto, estimatam prius per eos in precio et valore dictarum expensarum, que quidem terra fuit de li Amerusi empta per condam Girardum Cortisium, patrem dicti notarii Nicolao, cum certis iuntis seu ulivis intus eam et boffis de gurris et cum

certis salicibus in capite, iuxta terras condam Andreucii, mediante limite, iuxta terras dicte ecclesie Sancti Michaelis, mediante cursu aque, iuxta terram Antonelli Stampi et a parte subteriori vel inferiori iuxta terras condam Comini de Balba et domini episcopi Potentini et similiter a pede et predicta parte inferiori iuxta quendam monticellum cum mirricis et genestris sistentibus in eodem, qui confinat cum dictis terris domini episcopi similiter et cum terris dicti condam Comini de Balba et cum aliis confinibus aiacentibus monticello predicto et ut supra distinguitur predictis procuratoribus tradiderunt pro predictis expensis rehabendis et resarciendis per ipsum notarium Nicolaum ecclesie supradicte vel dictis procuratoribus pro eadem ad habendum, tenendum, utfruendum et legitime possidendum terram ipsam per dictos procuratores presentes et futuros dicte ecclesie, nomine «ipsius ecclesie, tamquam dominam et patronam si infra predistintum anni circulum» dictus notarius Nicolaus seu alter «sui parte non dabit» eisdem procuratoribus dicte ecclesie seu ipsi ecclesie prefatam unciam unam et tarenos quindecim in pecunia pro causis et expensis predictis exinde consecutis in prosecutione litis et questionis predicte prout in decreto ipso ac in instrumento sententie inde facto per prenominationem iudicem Nardum de NolaNardum de Nola, reginalem iudicem nullitatum quod est et esse debet penes procuratores dicte ecclesie seu ecclesiam supradictam hec et alia clarius et serius annotantur. Et quia dicti procuratores, qui supra nomine et pro parte dicte ecclesie Sancti Michaelis, eorum interesse dicebant de predictis omnibus et singulis factis, gestis et executis per dictum Nicolaum de Laurenciana nuncium dicte curie ac qualiter eos pro parte dicte curie et nomine ecclesie supradicte

in possessionem dictarum terrarum seu terre cum dictis fontibus, palude et aquarum decursibus imposuit et induxit ad verum dominium et proprietatem ecclesie supradicte, prout in decreto ipso sibi facto pro parte curie supradicte exinde continetur ac traditione et assignacione dicte terre ipsius notarii Nicolai conventi eis facte nomine similiter ipsius ecclesie memorate pro expensis factis de mandato Nicolai familiaris predicti per prenomatos superius probos viros ut supra distinguitur ac omnibus aliis dependentibus ex eisdem ac qualiter predicta omnia et singula supradicta dicta, acta, gesta et facta sunt coram nobis per Nicolaum familiarem et nuncium supradictum pro parte curie reginalis locumtenentis iusticiarii supradicti debere habere pro futura rei memoria et cautela ipsius ecclesie cum inserta forma dicti commissi decreti publicum instrumentum pro lumine contractus rei dicte ecclesie sic secute debitis sollempnitatibus convallatum et oportunis clausulis stipulatum, cum facto mere substantie veritatis, nos prefatos iudicem, notarium et testes infrascriptos ex reginali parte requisiverunt actente nostrum super hoc officium publicum implorando quod nemini de iure sine pena possumus rationabiliter denegare. Et similiter ad postulacionem dicti Nicolai familiaris dicte curie et commissarii requirentis ea quod videbatur eos iustum petere quod de predictis omnibus deberemus publicum conficere instrumentum eisdem procuratoribus presentibus et futuris et dicte ecclesie Sancti Michaelis omni futuro tempore valiturum, quinimo videntes procuratores ipsos nec pro parte ecclesie supradicte iusta petere et petentibus iusta non est denegandus assensus cum indigne videretur negare quod aliis est indultum maxime quia in hac

parte causa ecclesiastica tangebatur ad instanciam prenominatorum procuratorum, nomine cuius supra, et postulationem dicti Nicolai familiaris et commissarii supradicti agentis executionem sibi commissam per dictam curiam contra dictum notarium Nicolaum pro ecclesia memorata predistinto die quartodecimo mensis martii supradicti, ut ipse dicto die eidem curie retulit predicta causa ibi commissa debite executioni mandasse in predistinto loco delle Dragonare pro ipsa ecclesia et ipsorum prenominatorum pro curia vele aliorum exinde futurorum infinita et perpetua certitudine et cautela, factum est de presenti omnibus et singulis exinde presens publicum instrumentum per me predictum notarium deputatum signo et subscriptione mei qui supra iudicis et subscriptorum testium subscriptionibus et subsignationibus roboratum.

3

4

5

6

7

Quod scripsi ego idem Antonius publicus ut supra notarius, qui predictis omnibus vocatus et rogatus interfui et accessi ipsumque solito signo signavi, superius autem ubi legitur «tamquam dominam et patronam si per anni circulum non fuerit ab eodem notario Doc. precedente.

Così A, si legga incole.

La parola è ripetuta al rigo seguente.

Pro curia vel aggiunto nell'interlineo.

La parola è vergata nell'interlineo.

Nicolao» et in alio loco inferiori ubi legitur «ecclesie tamquam dominam et patronam si infra predistintum anni circulum» abrasum est per me prefatum notarium et emendatum non vicio, sed quia inscribendo casualiter erravi, unde pro abraso et autentico habeatur, etiam similiter ubi legitur «sui parte non dabit» suprascripta est per me prefatum notarium illa pars, que dicit «non», que pro autentico habeatur, non vicio, sed velocitate scribendi quam partem obmisi et suprascripsi in regulo et super regulum ubi dicta pars «non» pro autentico reperiretur. (S) Antonius † Ego Nicolaus de Oppido annalis iudes civitatis Potencie qui supra. † Ego iudex Meulus domini Mathei de Sacco predictis interfui et me subscripsi. † Ego presbiter Goffridus de Moyse canonicus Potentinus testis interfui. † Ego presbiter Nicolaus de Porta testis interfui. † Ego dompnus Antonellus de Padula testis interfui. † Ego diaconus Novellus de Novello testis sum. † Signum crucis proprie manus Nicolai Bocii testis ydiote qui interfuit scribere nescientis. † Signum crucis proprie manus Nicolai Fecze testis ydiote qui interfuit scribere nescientis. † Signum crucis proprie manus Iohannis Fecze testis ydiote qui interfuit scribere nescientis. † Ego diaconus Riccardus de Laurenciana testis interfui. † Ego diaconus Ioannutius Quatuor H oculis testis interfui. † Ego diaconus Antonellus Zappa testis interfui. † Ego diaconus Leonardus de Rico testis interfui. † Ego subdiaconus Angelus Fecza testis interfui. † Ego subdiaconus Martinus Zampria testis interfui. † Ego iaconus Dominicus Fecza testis interfui. † Signum crucis proprie manus Antonelli de Benedicto testis scribere nescientis.